

FASCICULUS
VOTORUM METRICORUM,

Cum
RECTORE MAGNIFICO
Amplissimo, Consultissimo, & Excellentissimo Viro

Dn. JOHANNES
SVEVIO J. U. D. EXIMIO,

& ejusdem PROFESS. celeberrimo,
Venerandi Philosophorum Collegij in celebratissima ad Salam Academia

DECANUS SPECTABILIS

Excellentissimus & Clarissimus

Dn. M. HIERONYMUS

PRÆTORIUS Hamb. Saxo, Philos. Pract.

P.P. dignissimus.

Præstantissimo & Literatissimo Viro - juveni

Dn. CASPARO Rebhan

HILPERHUSANO Franco.

*Cum competitoribus XV. alijs Juvenibus quæ pietatem, quæ eruditionem, quæ
morum elegantiam ornatissimis, supremam Philosophiæ lauream in solenni pa-
negyri ibidem conferret, post celebratum Iubilæum Evangelicum, Anno
salutiferæ incarnationis M DC XXX.*

Faustæ gratulationis ergò collectus & oblatus

à

Promotoribus, Mæcenatibus, Præceptoribus, Fautorib⁹ & Amicis.

Cicero pro Archia.

*Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumq; desiderat, præter hanc
laudis & gloriæ, qua quidem detracta, quid est, quòd in hoc tam exiguo
vitæ curriculo tantis nos in laboribus exerceamus?*

COBURGI è CHALCOGRAPHIA CASPARI BERTSCHII.

Ad suum

Dn M. Casparum Rebhan.

Euge reviviscunt per te *Cassare* parentis
Ingenium, pietas, doctrina, modestia, can-
dor.

Et studium impigrum subtileq; mentis a-
cumen.

*Scilicet est in equis virtus patrum, inq; juvenis
Nec timidam generant Milvive Aquilæq; columbam.*

Vidit id ad *Salam* Sophici sacer ordo Senatus
Et te dimissum tyriæ sine tegmine mitræ
Noluit orchestræ meritâ in statione locatum
Voce salutavit patribus de more vocatis
Philosophum unanimi & septemplice in arte Magistrum.

Næ te felicem, *Cassare*, vocavero, *Patris*
Quòd pede tam recto pressas vestigia: Pressa
Tempus erit cùm major honos te ponè sequetur.
*Ah pereat quisquis Sophicas despexerit artes
Hunc manet urtica non lauri è fronde corona!*

Casp. Finckius D. Gen. Super.
L. M. Q.

G Audeo, quos juvenis juvenes venerabar amicos
Horum me gnatos posse videre senem;
Qui patres referunt vera virtutis amore,
Ingenio similes, religionè pares.
Hos inter mihi gratus ades Rebhane Magister
Eximio meritis nata propago patre.
Quem colui vivum, cordis nec imago medullis
Excessit, quamvis cesserit ille solo.

Verus

*Verus erat vitis Myliana palmas in agro
Quem Christus verbo sanctificante rigat.
Hoc patre te natum letor, magis amula virtus
Ast mihi latitiam, quâ stimulare, parit.
Ut benè capisti legito vestigia constans
Trita patris, manes & reverere pius.
Cælicus ille parens ausis benedicet, & addet
Officio ut fias par aliquando patri.
Vtilis ad cuncta est pietas; persæpe piorum
Posteritas patrum præmia sera tulit.*

Johan. Major D.

Pleridum palmare decus REBHANE MAGISTER,
Qui patrem facie, moribus, arte refers.
Quàm promptâ & lætâ te voce saluto MAGISTRUM,
Tam promptè ex voto prospera quæq; fluant.
Mente pij cernis vestigia clara parentis,
Hæc sequere, & certò prospera quæq; fluent.

honoris, favoris & amoris ergo f
Joh. Gerhard D.

Cum possis genio superas penetrare per oras
Aperdice tuum quam benè nomen habes?
Plus ultra ascendis crebris ubi fulminet ausis
Æther, & in rivas nubila solvit aquas.
Majus opus fuerit, quàm quod queat edere perdix:
Ingenij virtus est aquilina tui.
Macte ergo virtute tua, venerande Magister,
Et macte ingenij prosperitate tui.

A 2

Sic

*Sic magni sequeris vestigia clara Parentis
Matris sic impleas enthea vota tua.*

Pientissimi Parentis & eruditissimi pio &
erudito Filio ex animo de novis
honoribus gratulatur
Johann: Matth: Meyfart D.
Rector Gymnasij Casimiriani.

E Gregius pater ille tuus, pater optimus ille,
Nec non Principibus gratus, amorq; viris;
Omne suum studium Jovæ, summisq; Dynastis
Cordicitus vovit, cordicitusq; dedit:
Hincq; piæ laudis multis præmillibus amplam
Et veram palmam rettulit absq; nigro.
Quid tu, qui sancti sequeris vestigia Patris?
Nonne teres Spartam consimilemq; viam?
Auguror: & certè, nisi me pia numina fallunt,
Fortunâ vinces, & probitate Patrem.
Fiet id! & certum faciunt, quos nactus honores:
Qui te, quiq; tuos prosperitate beant.
Hos modò, quod totis voveoq; precorq; medullis,
Excipiet Summus maximo amore DEUS.

*festinanter, inter complurimos conca-
tenatosq; labores fundebat
ex tempore*

Georg. Mundius Jctus
C. P. Cæf. &c.

Omnis Honos pulcher; verum est pulcerrimus ille
Quem non contraxit Populi Favor, cuncta tenacis
Seu non conciliant vulgi suffragia; sed quem
Haud injusta parit gravium Censura Virorum,

Vel

*Vel Labor assiduus, vel gignit honesta voluntas.
Talis Honor Tibi nunc quia contigit optime Rebhan,
Lataris meritò, letatur & omnis Amicus,
Tecum & ego letor, nec non ex Pectore grator.
Perge, velut pergis; laudes imitare Paternas,
Nominis & vitæ, Famamq; extende per Artes.*

*Amici adfectus ergò L. Mtoq;
hæc adposuit*

*Ortholphus Fomann Junior
Doct. & Prof.*

S I pietas, virtus, vitæq; modestia, laudem,
Inveniunt, & adhuc studij semplicitatis arti
Doctrinæq; suum decus est, haud defore credas,
Te, Caspare, manu plenâ qui ad sidera tollant.
Commendentq; stylo magnis locuplete Patronis.
Quin ego, si placido nascentem lumine Phæbus
Vidisset, mea si fons ora rigasset equinus,
Prosequerer longo tibi quos Jenensis honores
Solenni nuper ritu tribuebat Apollo
Carminè, ferta, faces, librum, impositamq; tiaram
Temporibus nomenq; cati titulumq; magistri.
Sed quia vaticinio sicca sunt sanguine venæ
Vt mihi nec natura, nec indignatio versus
Suppeditat, neq; longinquum doctrina per usum;
Muneris id concedo alijs, pro munere laudum,
Prolixos animi affectus & vota reponens.

Amico optimo f.

M. Daniel Stahlius

Τῆς σοφίης ἱερῆς ζηλοῖ τρεῖς ἀστέρας ἑσθλὸς
Ρήβαν, οἱ πάντων κρείντορες εἰσὶ σοφῶν.

A 3

Σεῖο

Σεῖο λόγος φιλέει ἰσχυροῦς. ἐστὶ δὲ λίην

καὶ φιλαρισείδης καὶ φιλαριστέλης.

ἔχ' χάριν ἐξαίρει αὐτὸν τριουριστῆα Φοῖβ' ὅ

ἦὺς καὶ ἡμαῖς ἀμφὲρ ἀθανάτοις.

εὐφημίας ἕνεκα scrib.

M. Paulus Slevogtius Prof. publ.

M Oribus & studijs, titulo, pietate parentem,
In vitam revocas, non sine laude, tuum.

Laus patriæ est, decus & tibi & immortale parenti,
Spiritus in te quo vita reditque patri.

Vt videant igitur te pulpita sacra docentem,
Hac eadem, ex animo nunc precor ipse tibi:

Equibus ad populum magna gravitate disertos
Sermones habuit, gloria amore DEI.

Faxit Sancta Trias, Christo Pastore supremo,
Ejus ut in messem ritè vocatus eas.

Is tua fortunet, regat & tua capta laborum,
Dirigat & gressus, sic benè cuncta cadent.

Affino suo carissimo ex animo
gratulab.

M. Andreas Frommann / in illustri
Athenæo Coburg. Philos. moral. Pro-
fess. P. & Pædagogiarcha.

Cyclade dum nividâ digitum tibi Cynthius ornat,
Lotaq; puniceo murice mitra comas:

Macte, ait, ingenio juvenis, Tritonia Virgo;

Dehinc inter magnos disce nitere viros.

Atq; animum patriæ laudis percussus amore

Altiùs ingenij tende vigore tui.

Et

Et Sophiam sacram, quæ homines cœlestibus alis
Limpida subnixos scandere templa docet,
Totò animi nisu sequere & complectere; laudes
Concelebraq; DEI cunctaq; dona DEI.
Sic monumenta tibi laudum, Christò auspice, gignes,
Queis livor nequit aut longa nocere dies.
Hoc ut fiat; adi jam Templum lætus Honoris,
Quò tua te Virtus forsq; serena vocat.
Cæptibus adplaudo, faveoq; decenter honori,
Mi Caspare, tuo. quid mage? REDDE PATREM!

M. Johannes VVeitzius Gymnasij Gothani P.

Casparus Rebhانيus, Magister novus.

divage.

Heus! cur ornaris? aptus es; magna tibi!

ORnamenta micant Veterū, & monumenta coruscant
Laudibus æternis concelebrata satū:

Ornantur REGES, victores, atq; Poëtæ,

Fortes athletæ, & laudis honore pares:

Hic ovac, is gestit meritò decoratus honore,

Virtute aut propriâ gaudet & iste suâ:

Ergò quis invideat? quin hosti nomina laudis

Dantur, & hinc digni nomina digna legunt.

HEUS, CASPARE, prohi mihi cordis Amice, Magister,

Ordinis & patrij gloria prima tui

CUR adeò ORNARIS, Rex, victor es atq; Poëta,

Fortis & Athleta? aut nomina quanta geris?

Quid moror? en memorem celeberrima pulpita reddunt,

Gestaq; respondent artis honora tuæ.

Dignus es ornatu, namq; APTUS ES artibus amplis,

Diva quas Sophiæ discis amore tenax:

Dignus

Dignus es ornatu, namq; *APTUS* Es artibus almis,

Quas & virtutis fretus honore colis.

Gratus es & Musis, & gratus honoribus aequè,

Nonne est Artis Honos certus ubiq; comes?

Euge vale, atq; *SUBI CASPARE* negotia posthac

MAGNA, Magister eris dignus honore Scholis.

Vive subive lubens majora negotia posthac,

TE majora manent præmia, perge, *VALE!*

M. Mich. Ludovici Cob. Fr. in Illustr. Gymnasio
patrio Orat. Profefs. & Insp.

CASPARIUS REBHAN.

ἀναγκαῖον.

PAR CURANS HABES.

Æ Mulus es Patris, Fili Caspare, REBHANI!

Par etenim CURANS, Is quod habebat, HABES.

Clarus erat pietate Parens, Virtuteq; Magnus,

Doctrinâ excellens, judicioq; gravis.

Effigies Patris, Pius es, Virtute decorus,

Artibus & cultus, non sine mente, sapis.

Hinc tua, quæ cinxit, Patris olim, tempora Laurus,

Illius hinc mores, quos imitaris, habes.

Macte his primitijs! quæ munera plura repôsta

In Patre, *PAR CURANS*, si venit hora, feres.

L. m. q. ponebam

M. Jeremias Weinrich.

P Erdicis mos est, humilem contingere terram,

Inter & hamatos nidificare vepres.

Quin etiam, (quod fama refert) at fascina pellat,

Carpere arundineas, pharmaca certa, comas:

Nominis auspicio per humum, Germane, volâsti,

Imo habitare solo, nec tibi displicuit:

Post,

Post, ubi maturos paulum te fervor ad annos
Pertulit & mentis participavit opes:
Vepresq;, spinasq;, & in hospita tesqua librorum
Nisu condigno volvere, cura fuit,
Heic tibi vastities, & caca Sophismata curam
Et cursum mediâ prapediêre viâ.
Judicio tamen, & multo sudore, Sophistum
Doctus es ambiguas solvere posse strophas.
Viderunt quos Diva suo, Sapia, fano
Assiduos publicis vult vigilare sacris:
Laudarunt: lata est sententia: Jure Magistri
Nunc volumus titulo te, sine fine, frui
Gaudeo, qui video mactatum hoc nomine fratrem;
Gaudeo & hunc titulum gratulor ipse mihi.
I frater, quâ porta patet! patet, ecce, beatas
(O iter optatum!) quâ licet ire vias.
Sic Christo, sic Sponsa ejus, patriaq;, tibiq;,
Et laudum, nobis omnibus autor eris.

Ita fratri votivus accinebat Argentorati
Johan. Rebhan J. U. Stud.

Sic nobis animum referes famamq;, Parentis,
Quem mors maturè sustulit è medio
Si, postquam Sophicis satis es spatia tus in arvis,
Hincq;, Magisterij conciliatus honos,
Approperas adytis sancti reverenter Iovæ,
Qui studijs præerit duxq;, comesq;, tuis.

Intimi affectus hanc lineam ducebat T
M. Johannes Michaël Dilbers
Themara - Fr. P. L. C.

Tempus adest, dulci quo júbilo ad horrea messis
Terra commissas larga remittit opes, B Mit.

Mittit opes, quæ ruricola prædulce laborum
Solamen multo fœnore retribuunt.

Tempus adest, exantlatos quo lata, REBHANI,
Messis sudores excipit, ecce tuos.

Quo valdè eximios frugum dat Mitra maniplos,
Quos culti ingenij suppeditavit ager.

Grator jure tibi, messemq; sequatur ut istam
Posthac ampla magis, pectore & ore precor.

Amoris moris & honoris ergò properans f.

Christoph. Rügerus I.V. Stud.

Præmia debentur danturq; præ ampla REBHANO,
Præmia, quæ confert clarus Apollo manu.

Jure manu confert promptâ, signatq; triumphos
Et palmam, ad pugnam qui generosus erat.

Nulla procelloso potuit quem turbine victum,
Artis vis dubiæ pertimidumve dare.

Hinc mea sentiscit tecum benè fida medulla
Læticiam cordis, fide REBHANE tuis.

Enacto innumeros fructus tibi grator honore,
Sic, quem lux perimat nulla, perennis amor.

Ita exili calamo cordiali tamen
deproperabat

M. Matthias Friderich SS. Liter. Stud.

Aspexi lætis oculis, suavissime Amice,
Versus, quos tibi nunc scribere jussit amor.

Doctum omnes docti cecinere, & fausta precati,
Et mihi nunquam alio nomine notus eras.

Chrysippi laqueos, telasq; retexere doctus,
Quas vaser argutâ conferit arte Sophus.

Doctus es, & laudes meritis, quoq; dignus honore,
Testantur Patres, quos Sala culta colit;

Testa-

Testatur studiosa cohors, testantur & illa
 Qua defendebas, lemmata, Amice, tua.
 Qu, propter meritò, veteri pro more Magistralem;
 Imponit mitram, nostra Salana tibi;
 Atq, suis claris titulis & honoribus altis
 Nomen ritè tuum concelebrare jubet.
 De quibus ex animo tibi gratulor, arte Magister,
 Subijciens votum, sed brevior modo:
 Illis, ut vivas felix, utaris in annos
 Longos, quos meruit cura laborq, tuus;
 Atq, Parens per te fiat redivivum in aede
 Sacra! quod votum; firmes Iova, precor!

gratulationis & amoris ergò adponebat
 Georgius Stephanus Schelbasse/LL.
 Stud. Coburgò - Francus.

Quod, dilecte, meo prædictum sæpius ore,
 Te decori Sophiæ doctisq; aliquando futurum,
 Comprobat ecce dies præsens, solennis & actus,
 Quo Tibi, quòq; Tuis confertur adorea laudis,
 Sortirisq; decus, nomenq; tuere Magistri.
 Quem Pimplearum nutritivæ amœna sororum,
 Esca, Paterq; suo saturavit nectare Phoebus.
 O optata dies tribuis quæ præmia dignis,
 O jucunda dies reficis quæ suaviter illum,
 Quem labor indefessus ad almas impulit artes,
 Quem Phœbus libris operari vidit, & ejus
 Inviolata soror pallenti luce coruscans.
 Quis non ergò Tibi tantum gratetur honorem,
 Quis non promeritum jubeat florere perennem.

Paulus Hetzel s. Noricus.

B 2

Quod

Quod Rebhane tui specimen prae grande laboris
Exhibeas Musis, laude vehendus eris.

Scilicet inde patet, quantum sudaveris olim,
Nec frustra, facta spes animosa venit.

Gaudebundus obhinc oneris portare brachium
Approperas, lauru qui redimitus ovas.

Multum te decorat Sala contermina JENA,
Cujus pars vitreas plurima sorbet aquas.

Atq; udum plureis extollit ad aethera montes,
Quos humili vallis separat ampla sinu.

Est antiqua fides, nunquam vixisse pigebit
JENAE, nonne fidem tu dabis ipse mihi.

Multa fuit tua sedulitas, tua gloria major

Ter magis, o utinam plus sit adaucta, viget.

Obvenient demum tibi plurima, plurima votis

Si cumulare queat mens mea, prompta fores.

Gratulor ergo tibi, faustis exuberet ausus,

Quaeso meis votis Dij meliora dabunt.

raptim suo $\omega\sigma\lambda\omicron\Phi\iota\lambda\acute{\alpha}\tau\omega$

Joannes Grajus Isn. Thuring.

I.V. Stud.

Quin celsis, superi soboles Patris incluta, ab astris
Delapsa, o Sophie, demum decreta triumphis
Diribitrice vehis Rebhano praemia dextra,
Cernis, magnanimam stat ut irrefractus arenam
Pugnarum meditans Athleta, revinctus ahenam
Marcia multiplicis doctrinae pectora nexu?
Cernis, ut, infractum studij circumdatus acris
Aggere mendaces, invicti fortiter auream

Palla-

Vallatus veri, nimbos umbone refundit.
 Cernis, ut, ingenij protectus tempora circum,
 Casside, contempto coit imperterritus hosti
 Coninus, & validos rationum dirigit enses.
 Verùm bacciferis (hosti dare terga sequaci
 Nescius) haud se pulveribus prius efferet, à te
 Emeritus meritæ referat nisi præmia palmæ.
 Duris se pridem sat præbuit, ecce! probatum,
 Heroa in rebus, nunc avolat ocyor ipsis
 Carceribus, cupidus properatam tangere metam.
 Lux bona præcipitat tandem, lætusq; serenos
 Profert, pervigilum post lustra tot hausta laborum.
 En! Hyperionides vultus, & amicus honorum,
 Lampada recludens antiquam Jupiter umbras
 Sole fugat rursus nomen clarante Rebhanum.
 Cernitis? annè error me ludit amabilis? auri
 Orbe manum teretis, mitràq; onerata sinistram
 Puniceâ, rutilo properat Dea præpes ab axe.
 Nec lenta, ingenuos ubi contemplata Clientes
 Musæ ô lepidè se valentes pulvere, circi
 Aurea Pierij decernit sponte brabia,
 Dignaq; dat Pugilum victori præmia nixui.

Iustus Ammon.

F Ax, Sertum, Cathedra positus, liber, annulus atq;
 Mitra Magisterij puncta dedere tibi.
 Puncta dedere tibi, non Rem non esse Magistri
 Non quod constituit, quodvè Magistro opus est.
 Sed mores, doctrina, sed ars, sed Musa Magistri
 Rem tibi, sed virtus te dedit esse sophum.

A 3

Ergò

Ergò fuisti etiam longè sic ante Magister
Sed re non verò Nomine reſq; ſimul.

Nunc: En utrumq; tenes, nunc nomine reſq; Magiſter
Audis: utrumq; igitur gratulor ex animo.

Nomine Commenſal.

Matthæus Ques I. V. Stud.

Amplum virtutum corpus circumvolat agmen
Gloria Muſarum, docte Rebhane, tuum.
Sed num te tantùm virtus prænobilis armat?
Non, non. Sed Sophiæ, ſtillat ab ore favus.
Es templum verè virtutum; cū favet agmen.
Virtutum, ſplendes ceu nova ſtella poli.
Primum te pietas (etenim tutiſſima virtus)
Ambit, nec procul eſt cum probitate pudor.
Elucet vultu gravitas, vultusq; relucens
Signum candoris candidioris habet.
Verum num ſalcem fas eſt laudare celebres
Virtutes? reſtant multa canenda mihi.
Perbreve Calliope ſpatium, per florida rura,
Te duxit: partum lausq; decusq; cluet.
Luſtraſti Logices accomoda tela palæſtræ,
Atq; peragraſti pulcra roſeta benè
Doctorum dico formoſa roſeta virorum,
Quæ dulcis multum mellis habere ſolent.
Segniter haud Phyſices penetraſti laurea tempe,
Quod ſatis affirmant pulpita Teſpiadum.
Teſpiades tecum luſtrarunt arva diſertæ
Rhetorices, charitum ſtillat ab ore liquor.
O nimium felix! ô terq; quaterq; beatus
Qui fruitur Muſis floriditate nitens.

Hinc

Hinc non immeritò titulus defertur honoris
Eximiâ pompâ ; dignus honore cluis.
Virtutes talem meruère, favebit & aura
Musarum posthac : digna brabæa ferēs.
Quod superest veneror cœli terræq; Monarcham
Quò benè cedat honos, dextraq; fata sient

suo Dn. contubernali scribebat
Georgius Philippus Fischerus.

DUm flexilineque barbitos appetit
cantare melos, plectron id abnuvit,
exaruit salva Peithûs,

Terpsichoresq; lepos, Appollo
se sprevit à me : Sed tamen ipse nunc
gaudentis expromam breviarium
mentis, suam licèt malignè
carmina ad ista viaticatus.

REBHANE, seu vis pampini alectora
te nominari, ne minimum putes
clarum salutari **MAGISTRUM**,
est ea res preciosa valdè.

Ornatus à **PRÆTORIO** adorcâ
adscriberis tam nobilibus viris
de more prisco immunitatum :

Deposito levidense panno
sedem cerèbri purpureus regit
lato coruscans lumine pileus,
insigne libertatis atque
eximij monumentum honoris ;
auratus & gestaminis incluti
ad annularem porgitur annulus ;
hinc jura privilegiorum

& re-

& reliquum decus irrogantur.
Tanti est, honore Pegasidum choro
& eruditis adnumerariet
viris, sed impete ingenii, sed
adstipulante Sophum coronam.
Quicumq; sese mancipat Ardalis
aris, olivo nec timet immori,

*torpore nullo prapeditus
ingenio simul exserente
dotes latentes indolis ardua,
sudatq; plus quam de grege ceteri,
hic propria virtute fretus
destinat ipse sibi coronam.
ex animo adpl.
Ioh. Theil / Naumburg.*

Gloria quam Pietas, quam Virtus puberis ævi
Splendet, & ingenuas ille indolis ardor ad artes,
Pro sudore dedit palmam titulumq; Magistri
Chare REBHANE, tibi summo de vertice Pindi,
Ire propagatum nomen virtute paternum,
Matris & adfectum portans decus esses ut unus
Qui genus & famam virtutis & artis adæques,
Scilicet hi tibi sunt affinis sanguinis omnes
Lege cohærentes: quæ non tenuissima laus est.
Hanc voti summam te nunc complêsse, Lycéo
Gratulor, atq; tuis quæq; ominor optima votis.
Hoc felix patrio jubeat Deus esse Lycéo,
Utile Christiadam genti, sine fine tibi que.

*Honori & amoris ergo Fautori & con-
subernali suo adposuit
Joh. Dressel Roth. Fr.*

Et curæ cordiq; fuit tibi tempus in omne,
Cum studijs pietas cum pietate labor.
Perge sequi posthac virtutem, perge laborem
Musarum in castris continuare tuum
Cum pietate, satis magnum & memorabile nomen,
Et majora feres laude brabeia simul.


*Avunculo suo filiali reverentia ob-
servando gratulab.*

*Johannes Philippus Fromman/
Coburgensis Francus.*

F I N I S.



V
 Amp
Dn.
SVE
 &
Venerandi
Dn. M
 PRA
Dn.
Cum competit
morum elegan
negyri ibide
 F
Promotorib
Virtus nullam
laudis & gl
 COBURG



M,
 O
mo Viro
NE
MIO,
 mo,
lam Academia
S
MUS
 C. Pract.
Rebhan
eruditionem, qua
am in solenni pa-
gelicum, Anno
 atus 76
rib^o & Amicis.
erat, prater hanc
oc tam exiguo
is?
 ERTSCHIL

7

